



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**


Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Super Appatistorf.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Et ut hec auctoritas nostra donationis stabilis & inconuulsa permaneat omni tempore, hoc praeceptum inde conscriptum manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri iussimus. Data Octavo Idus Aprilis Indict. VII. Anno ab incarnatione Domini M. IX. Anno vero Domini Heinrici Secundi regnantis VIII. Actum Regenspurg. Amen.



SVPER APPATISTORE.

IN NOMINE SANCTAE ET VII.
individua Trinitatis.

HEINRICVS DIVINA FAVENTE
clementia Rex.

Siquid nos Ecclesias Dei vel in eisdem seruientes de nostris ditare studuerimus, procul dubio immarcessibile premium in futuro capessere credimus. Quia de re cunctis fidelibus nostris presentibus scilicet atque futuris notum esse volumus, qualiter nos aeterna vita desiderio inflammati tam pro remedio anima nostra, quam parentum nostrorum, nec non & interuentu dilectionis contextalis nostra Chunigundæ, & pro dilecti Altahensis Godchardi gratissimo obsequio, eidem Ecclesia, cui ipse praesesse videtur, in usum monachorum inibi Deo famularium in Marcha & Comitatu Heinrici Marchionis, decem regales mansos inter hos terminos fitos item in orientali plaga de illo vallo & duabus arboribus vulgo Felevun dictis, subtus villam Abbatorf dictam, usq; in fluuium Danubij, & inde rursus in latitudine usq; in occidentalem plagam, ad terminum ministerij Sigimates, Weride, in longitudine

K. verò,

verò, de Danubio usque ad Wagreim ad Aquilonem terminantur, per hanc nostrī praecepti paginam concedimus atque largimur cum omnibus appenditiis ad eosdem pertinentibus, areis, edificiis, terris, cultis, & incultis, pratis, pascuis, aquis aquarum decursibus, molendinis, pisationibus, venationibus, sylvis, extirpatis, vel adhuc extirpandis, seu cum omnibus, quae dici aut nominari possunt, utensilibus, & de nostro iure ac dominio in eius ius ac dominium omnino tranfundimus. Ea quippe ratione, ut predictus Abbas, saig, successores ex inde liberam habeant potestatem tenendi, commutandi, vel quidquid eis in usum predicatorum fratrum agere libuerit. Et ut hac nostra donationis auctoritas, omnium hominum contradictione remota stabilis & firma constet, hanc chartam ex nostrisuō conscriptam ac signatam propria manu subtus firmavimus. Data V 1 I, Calend. Iulij Indict. IX, Anno dominice incarnationis M. X I. Anno vero Domini Heinrici Secundi regnantis X.

Actum Regensburg.



S V P E R